UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regis Et Prophetæ Psalmi omnes, In Carmen Conversi

Latomus, Jacobus

Antverpiae, 1587

Ioannes Ramvs Ivreconsvltvs Ad Iacobvm Latomvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69098

Visual Library

IOANNES RAMVS IVRECONSVLTVS AD IACOBVM LATOMVM.

HEBRÆI *partim diuina poëmata vatis*
Feciſti in Latios molliter ire pedes.
Feciſti: pergas ventis dare vela, quouſque
Impleat extremam meta ſuprema manum.
Aut iuſto ſemper colophone poëma carebit,
Et qui perficiat cetera nullus erit.
Nec tãtũ aſſumet quiſquã ſibi, vt addere tẽtet
Carmina, carminibus æqua futura tuis:
In quibus & vires, atque ornamenta, fidemq́;
Et quidquid vates ſummus haberet, habes.